

praeset eis aperire dignaretur. Qua quidam agendi ratione virorum illorum modestia in eo elucet, quod cum essent sacerdotes in urbe non ignobili forte ex primariis, virum ( ut verisimilius videtur ) laicum de tantis rebus consuleri non reformident (In praefat. hujus operis). Quo fit ut sanctus Prosper humilitati adeo laudandae vicem rependens, hoc respondeat : id quod a se postulabant debuisse illos sibi praestare, sedula locorum Augustini meditatione, et confidenti fusa oratione ad Patrem luminum, a quo descendit omne datum optimum et omne donum perfectum (Jac. 1, 17), et a quo datur Spiritus sapientiae et intellectus. Hinc non quasi magister discipulos instituens, sed ut veritatis discipulus, humilitatisque et obedientiae sectator, superioris sibi ordinis viris obtemperare suscipit, ejus auxilio confusus qui sapientiam praestat parvulis (Psal. xviii, 8); et Excerpta ab ipsis ex duobus supradictis sancti Augustini libris loca fusiori oratione exponere, atque ad rectos sensus, ex collatione, quam urget ubique, cum antecedentibus et subsequentibus locorum unde ducebantur reducere, et a pravo in omnibus intellectu sarta et lecta ostendere aggreditur : humiliter petens, ne ubi erat in ipso simplicitas obedientiae, ibi praesumptionem putarent esse doctrinae. Quod quidem egregie conficit tum Scripturae sacrae auctoritate in medium adducta, tum maxime aliorum sancti Augustini Operum locis, cum his qui scrupulum fecerant comparatis; eodem semper, ut alias, tenore doctrinae praedicans, et gratuitam omnimodis gratiam Dei, et fidem ipsam ab eadem Dei gratia et misericordia sumere principium : nec tantum boni omnibus promiscue conferri, nec ullum omnino opus bonum, si divinum non affuerit auxilium, posse a quoquam praestari.

Civitatem autem ex qua illi libellum huic suum ad Prosperum direxerant Vir eruditus vult esse non Genuam, urbem Italiae primariam, quae ab elegantioribus aedificiis Superbae cognouem accepit; sed Genevam, quae et Gebenna et Aurelia Allobrogum nominatur. Cui eo difficilius est ac in re assentiri, quod ubique presbyteri illi non Genevenses sed Genuenses legantur appellati.

De tempore denique quo haec contigerunt si quaeratur, conjicimus scriptum horum hujusque rescriptum paulo post superiora, certe autem post obitum sancti Augustini, in lucem prodixisse.

## S. PROSPERI

AQUITANI

# PRO AUGUSTINO RESPONSIONES<sup>a</sup> AD EXCERPTA GENUENSIVM.

### Praefatio.

CAMILLO<sup>b</sup> et THEODORO venerabilibus presbyteris, A  
PROSPER.

**241** In libris beatae memoriae Augustini episcopi, quorum titulus est, *de Praedestinatione Sanctorum*, quaedam sanctitatem vestram vel insolita aut minus, clara moverunt, quae ad humilitatem meam, de contextu disputationis excerpta, misistis : ut quo intellectu, <sup>c</sup> quoque judicio ea acciperem, nosceretis : quasi plus in me quam in vobis ad haec introspectienda esset ingenii; ac non magis in hoc examine vestrae facultatis<sup>d</sup> debueritis exercere mensuram, et

<sup>a</sup> Scriptum est hoc opus eodem forte tempore cum superioribus, post Augustini mortem.

<sup>b</sup> Remensis codex Remigianus, *Theodulo*. Ms. Ecclesiae Parisiensis Joliensis, *Camyllo et Theodulo*. Editio opusculorum S. Prosperi de Gratia et Libero Arbitrio Venetiis procurata anno 1538, *Camillo et*

si aliqua vos morabatur obscuritas, decurrere ad Patrem luminum, a quo descendit omne datum optimum, et omne donum perfectum (Jac. 1, 17), et a quo datur Spiritus sapientiae et intellectus. Veruntamen praecipis vestris obsequium **242** meum non subtraham, et <sup>e</sup> adjuvante Domino, qui sapientiam praestat parvulis (Psal. xviii, 8), de capitulis istis, quid cum sanctis et eruditis fratribus sentiam, breviter indicabo; petens ne ubi est simplicitas obedientiae, praesumptionem putetis esse doctrinae. De excerptis itaque haec prima proposuistis, in quibus verba sunt sancti Augustini episcopi.

*Theodolo.*

<sup>e</sup> Ita mss. Remig. et Joliensis cum edit. Oper. S. August. Editi, aut quo judicio ea acceperim.

<sup>d</sup> Ms. Jol. solus, *debueratis.*

<sup>e</sup> Ms. Jol., *adjuvante Deo.*

## LIBER RESPONSIONUM.

### EXCERPTUM PRIMUM.

(Ang. lib. 1 de Praedest. Sanct. c. 3.) *Jacob dilexi, Esau<sup>a</sup> autem odio habui. Ad hoc perduxi ratiocinationem, ut dicerem : Non ergo elegit Deus opera cuiusquam quae ipse daturus sit, sed fidem elegit in pra-*

<sup>a</sup> Ms. Joliensis addit autem, ut in loco libri de Praedest. Sanct. habetur. Editi non habebant hanc par-

scientia; ut quem sibi crediturum esse praesciret, <sup>b</sup> ipsum elegerit, cui sanctum Spiritum daret; ut bona operando etiam vitam aeternam consequeretur. Nondum diligentius quaesieram, nec adhuc inveneram qualis esset electio gratiae.

ticulam.

<sup>c</sup> Ms. Joliensis, *ipsum elegeret.*

## 243 EXCERPTUM II.

<sup>a</sup> Item verba ejusdem.

(Ibid.) *Ac deinde subjuncti: Quod ergo credimus, nostrum est; quod autem bona operamur, illius est qui creditibus dat Spiritum sanctum.* <sup>b</sup> *Quod profecto non dicrem, si jam scirem etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem Spiritu (I Cor. xii, 6). Utrumque ergo nostrum est, propter arbitrium voluntatis; utrumque tamen datum est, propter spiritum fidei et charitatis.*

## EXCERPTUM III.

Item verba ejusdem.

(Ibid.) *Ac per hoc, quod etiam postea dixi: Quia neque velle possumus, nisi vocemur; et cum post vocationem voluerimus, non sufficit voluntas nostra et cursus noster, nisi Deus et vires creditibus præbeat, et perducatur quo vocat; ac deinde subjuncti: Manifestum est ergo non volentis, neque currentis, sed miserentis Dei esse quod bene operamur; omnino verissimum est: sed parum de ipsa vocatione disserui, quæ fit secundum propositum Dei; non enim omnium qui vocantur talis est, sed tantum electorum.*

## RESPONSIO AD HÆC TRIA.

In his tribus capitulis, licet divisa sint <sup>d</sup> a disputationis corpore, et eo ipso obscuriora sint facta, quod et præcedentibus, et mediis, et subsequentibus non eohærent; intelligendo tamen quod unam <sup>e</sup> atque eandem causam scriptor exsequitur, de eis loquens qui dicebant eum primo conversionis suæ tempore meliora sensit, quando æstimabat, quod fides qua Christiani sumus, non esset ex gratia, nec ex dono haberetur Dei, sed esset ex ipso homine, et ex arbitrii libertate; modo autem errare eum, <sup>f</sup> quia assereret ipsam etiam fidem Dei esse donum, et ad hanc quoque pertinere quod dictum est (I Cor. iv, 7): *Quid autem habes quod non accepisti?* neque recte eum nunc electionem Jacob ad propositum Dei referre, quam prius ad præscientiam retulisset. Ad hanc ergo objectionem 244 respondet, se antequam cognosceret gratiæ veritatem, et antequam regendæ præponeretur Ecclesiæ, in hac opinione ignoranter errasse: sed in ipso episcopatus sui exordio, <sup>g</sup> a sanctæ memoriæ Simpliciano Mediolanensi antistite, de Jacob electione et de Esau rejectione consultum, totam quæstionem ad hos geminos pertinentem, sagaciore diligentia ventilasse; et omnibus ratiocinandi viribus hoc indubitanter agnovisse, quod electionem gratiæ nulla merita humana

A præcedant, et quod fides, unde incipiunt omnia merita, donum sit Dei; ne gratia non sit gratia (Rom. xi, 6), si aliquid eam propter quod tribuatur antevenit. Itaque in eo quid dictum est, *Jacob dilexi*, ostensum esse quid homini donaretur: et in eo quod dictum est: *Esau autem odio habui (Rom. ix, 13)*, ostensum esse quid homini deberetur. Hoc autem se in libro Retractationum secundo suo opere studiosè recoluisse (Cap. 1): et cum omnes opiniones suas censoria gravitate discuteret, istam, quam obrectatores ejus eligunt, improbasse, quam ante Pelagianæ hæresis ortum futuro errori amicam esse prævidit, et revelata sibi gratiæ veritate rejecit. Quæ igitur ratio est, ut hanc viri hujus professionem non approbemus, qua nos ad castigandas opiniones nostras, B si quas forte imprudenter incidimus, exemplo suæ correctionis instituit; <sup>b</sup> et qua docet a Deo nos accipere, quod ut accipiamus jubemur orare?

Si enim consideremus Pelagianæ argumenta perfidæ, quid magis nititur obtinere quam ut videatur gratia Dei secundum merita nostra dari, ut in eo ipso in quo gratiam necessariam constitetur, meritis eam humanæ voluntatis enervet? Quam perversitatem omnino incurrit qui fidem ad Dei munera non putat pertinere: aut ideo eam se jactat ad Deum referre, quia ab ipso sit creata natura, cui rationabilem inseruit libertatem, per quam unusquisque et credere et non credere in sua habeat potestate; et de hoc naturali bono <sup>i</sup> quod nullis præcedentibus meritis, cum crearetur, accepit, cætera dona mereatur. Hoc autem qui asserit, fatetur, credo, nobiscum quod in primo Adam omnium hominum natura vitiosa sit; nec negat eam in illo lapsu suas amisisse virtutes, quas nisi per gratiam recipiat, habere non possit. Quid est autem quod eidem naturæ solam fidem non vult esse præreptam, quam nisi primam amisisset, cæteris bonis omnibus non careret? Creduendo enim Adam 245 diabolo, non credidit Deo: et cum spiritu superbiæ inebriatus esset, discessit a Domino cor ejus; et factus est servus apostatæ, dum liber vult esse justitiæ. Cum itaque non haberemus continentiam, nisi Deus daret (Sap. viii, 21); nec haberemus dilectionem sanctam, nisi charitas Dei diffunderetur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis (Rom. v, 5); cum postremo nemo D haberet sapientiam et intellectum, consilium et fortitudinem, scientiam et pietatem, ac timorem Do-

reret.

<sup>g</sup> Antehac editi legebant, ommissa præpositione: *sanctæ memoriæ Simpliciano Mediolanensi antistite.... consulto.* Correctum ex ms. Remig. in edit. append. Aug. et a nobis ex ms. Joliensi. Quia certum est non Simplicianum ab Augustino, sed Augustinum a Simpliciano consultum, duas quæstiones ex Epistola Pauli ad Romanos tractandas suscepisse: quarum posterior est de Jacob electione et Esau rejectione. Petet ex epistola 37, tom. II nov. edit. Oper. Aug.

<sup>b</sup> Ms. Joliensis, et quam docet. Sed minus recte, ut videtur.

<sup>i</sup> Editi, qui nullis: melius ms. Jol. et ex ms. Remig. append. Aug., quod nullis.

<sup>a</sup> In ms. Joliensi in titulis Excerptorum, seu, ut alias editi præferunt, Dubiorum, hic et deinceps, Item verba ejusdem. Editi, in verbis ejusdem. Editio append. Oper. S. Aug. hæc prætermisit.

<sup>b</sup> Ms. Joliensis cum Lugud., Lovan. et Venet., omisso quod, profecto non dicerem.

<sup>c</sup> Ms. Jol., quæ dantur, ut in libro Augustini: editi omnes cum Remig., quæ datur, et paulo post idem. ms. Jol. addit ergo.

<sup>d</sup> Editi omnes a disputatione corpora. Emendamus ex ms. Joliensi, cui suffragatur. ms. Remens. et edit. append. August.

<sup>e</sup> Ms. Jol., unam eandemque.

<sup>f</sup> Editio append. August. ex ms. Remig., qui asse-

mini (*Isa.* xi, 2), nisi has virtutes Spiritus sanctus ad daret; quomodo fides in Adam perdita in quoquam filiorum ejus inveniretur, nisi eam idem Spiritus, qui omnia in omnibus operatur (*I Cor.* xii, 6), infunderet? Unde si quod Adam perdidit posteritas non amisit, ipsum solum læsit peccatum ejus, et non genus humanum. Sed omnes in uno peccaverunt (*Rom.* v, 12), et prævaricationis merito tota ejus propaganda est. Omnes igitur quod Adam perdidit perdidit. Perdidit autem primitus fidem; quam omnes, quia primum potuimus amittere, primam aegemus accipere. Placeat ergo nobis hæc gratiæ prædicatio, qua fides donum Dei esse defenditur; et in nullo nobis poterit Pelagianus error illudere, qui, ut gratiam persuadeat debitam, fidem non vult esse donatam. Quia ergo nec justa, nec rationabilis intelligitur eorum fuisse persuasio, qui hujus viri scientiam tot incrementorum profectibus ædificatam, tot annorum studiis expositam, ad adolescentiæ rudimenta revocabant, ut magis suffragaretur hæreticis quod inter initia conversionis suæ imperite senserat, quam prodesset catholicis quod pontificali diligentiae veritas revelarat; merito illos hoc præjudicio utentes, et in his quæ dudum abdicata fuerant immorantes, pii doctoris gravitas notat; quod qui curaverunt omnes sensus ipsius indagare, noluerint cum ejus eruditione proficere.

Sed jam consideremus quæ sit, quod de subsequentibus annotastis.

#### EXCERPTUM QUARTUM.

(*Ibid.* c. 5, n. 10.) *Non quia credere vel non credere, non est in arbitrio voluntatis humanæ, sed in electis præparatur voluntas a Domino.*

#### RESPONSIO.

Jungamus quod sequitur, ut quod propositum est de connexo sermone sit clarius. *Ideo ad ipsam quoque fidem quæ in voluntate est pertinet, 246* Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti (*I Cor.* iv, 7)? *Multi audiunt verbum veritatis: sed alii credunt, alii contradicunt. Volunt ergo isti credere, nolunt autem illi. Quis hoc ignoret? quis hoc neget? Sed cum aliis præparetur, aliis non præparetur voluntas a Domino, discutiendum est utique quid veniat de misericordia, quid de judicio. Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est, cæteri vero excæcati sunt, sicut scriptum est (*Isaia* vi, 9), *Dedit illis spiritum compunctionis, oculos ut non videant, et aures ut non audiant usque in hodiernum diem. Et David dicit (*Psal.* lxxviii, 23), *Fiat***

<sup>a</sup> Editi, primam habemus accipere. Ms. Jol., egemus accipere, cum edit. append. Aug. ex ms. Remig.

<sup>b</sup> Editiones omnes, poterit. Ms. Jol., poterit, et ex Remig. edit. August. append.

<sup>c</sup> Edit. Duac. et Colon. omiserunt hæc, nec justa. Reliqui codices non omiserunt.

<sup>d</sup> Ms. Jol. non habet, quæ in voluntate est.

<sup>e</sup> Sic editi omnes et mss. Remig. et Jol. Apud Augustinum vero legitur, *discernendum*: quod pro conjectura in margine notarant omnes editiones, et inferius etiam legitur in eundem sensum.

<sup>f</sup> Editi, *Ecce misericordiam et judicium: miseri-*

*cordia in electionem, quæ consecuta est justitiam Dei; judicium vero in cæteros, qui excæcati sunt: et tamen illi quia voluerunt crediderunt; illi quia noluerunt, non crediderunt. Misericordia igitur et judicium in ipsis voluntatibus facta sunt. Electio quippe ista gratiæ est, non utique meritorum. Superius enim dixerat, Sic enim in hoc tempore reliquæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non est gratia (*Rom.* xi, 5).*

*Gratis ergo consecuta est quod consecuta est electio. Non præcessit eorum aliquid quod priores darent, et retribueretur illis: pro nihilo salvos fecit eos (*Psal.* lv, 8). Cæteris autem qui excæcati sunt, sicut ibi non tacitum est, in retributione factum est. Universe vix Domini misericordia et veritas (*Psal.* xxiv, 10). Investigabiles sunt autem viæ ipsius (*Rom.* xi, 33). Investigabilis igitur misericordia qua gratis liberat, et veritas qua juste judicat.*

Hæc omnia apud pium catholicumque lectorem, quid offensionis pariunt? quid contradictionis incurrunt? Numquid falsum est, quod præparatur voluntas a Domino (*Prov.* viii, sec. LXX)? Numquid non quotquot Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei (*Rom.* viii, 14)? Numquid hominem ab homine natura discernit, ac non potius gratia ab infideli fidelem? Numquid potest ullus dicere habere se quod non accepit, aut quasi de non accepto sed proprio gloriari; quod si non accepisset, utique non haberet? Numquid debium est, cum verbum veritatis prædicatur, alios voluntate credere, alios voluntate non credere? Sed cum illorum cor Deus aperuerit, illorum autem non aperuerit, discernendum est quid veniat de misericordia, quid de judicio. Post commemorationem autem apostolicæ sententiæ (*Rom.* xi, 7), quam propheticis testimoniis astruit quod justitiam Dei, quam Israel quærens consecutus non est, electio sit consecuta per gratiam, cæteris ex retributione cæcatis, numquid non verissime dictum est: *Ecce misericordia et judicium: misericordia in electionem quæ consecuta est justitiam Dei; judicium vero in cæteros, qui excæcati sunt? Et paulo post: Gratis ergo consecuta est, quod consecuta est electio. Non præcessit aliquid eorum quod priores darent, et retribueretur illis: pro nihilo salvos fecit eos. Cæteris autem qui excæcati sunt, sicut ibi non tacitum est, in*

*cordia in electione. Emendamus ex libro Augustini: per vocem enim electionis, electos intelligit, non actum quo elegit Deus.*

<sup>g</sup> Ita mss. Joliensis et Remig. cum edit. August., ubi cæteri codices, *Electio quippe istis.*

<sup>h</sup> Sola edit. append. Aug. *Gratia ergo.*

<sup>i</sup> Sic additur enim in edit. Lovan., Duac. et Colon.

<sup>j</sup> In libro ipso Aug., *Investigabiles igitur sunt et misericordia, etc.* Favet ms. Remig. ubi habetur vox hæc, *Investigabiles*, et locus ipse, ut repetitur infra.

<sup>k</sup> Ms. Remig. *Quod præparatum est ita a Domino.*

retributione factum est. Quis hic locus querimoniae, A nisi apud inimicos gratiae; qui nisi ad retributionem referatur quod gratis datur, ad iniquitatem volunt pertinere quod redditur? Deinde quod de propheti-  
cis intulit verbis, *universae viae Domini misericordia et veritas (Psal. xxiv, 10)*, quis negavit? Aut quod de apostolico annexit sensu (*Rom. xi, 33*), *Investigabiles sunt autem viae ipsius? Investigabiles igitur sunt, et misericordia qua gratis liberat, et veritas qua juste judicial.* Non est ergo sanarum mentium ista reprehendere; et investigabiles vias Domini, hoc est, dona misericordiae et judicia veritatis Pelagianorum elationi penetrabilia deputare. Quia secundum ipsos non latet consilium Dei, nec in occulto est divinae ratio voluntatis, si erga omnem hominem iam gratia Dei <sup>a</sup> quam et ira de merito est.

Post hæc posuistis quod infra dictum est.

#### EXCERPTUM QUINTUM.

(Ibid. c. 8, n. 4.) *Fides igitur et inchoata, et perfecta, donum Dei est: et hoc donum quibusdam dari, quibusdam non dari non dubitet qui non vult manifestissimis sacris litteris repugnare.*

#### RESPONSIO.

Hoc qui non recipit, cujus videtur esse sententiae, nisi dicentis: Fides per quam justificor, ex me est; et hoc bonum, ex quo justus vivit (*Habac. ii, 4*), non accepi per gratiam, sed habeo per naturam? Si ergo fides donum Dei non est, frustra Ecclesia pro non credentibus orat, ut credant, et sufficit impiis magisterium legis adhiberi, de qua dictum est (*Gal. ii, 21*), *Si ex lege est justitia, ergo Christus gratis mortuus est:* quod similiter dici potest etiam de natura. Frustra etiam Apostolus (*II Thess. ii, 12*) gratias agit Deo pro his qui Evangelium receperunt, cum hoc secundum Pelagianos non Dei sit praestitum munere, sed ex sola habeatur hominum voluntate; et frustra quibusdam precatur idem Apostolus (*Ephes. vi, 23*), ut sit eis pax et charitas cum fide, a Deo Patre et Domino Jesu Christo, ut jam non solum de fide, sed etiam pace et charitate, superbia haereticorum vincatur dicere, **248** de proprio se has habere virtutes. Quod si hæc ex homine sunt, quid obest ut non ex semetipso habeat et cætera bona quæ inferiora sunt; cum audeat sibi deputare quæ summa sunt, et sine quibus alia, quamvis multa et clara, non prosunt? Non potest itaque merito refutari quod dictum est: *Fides igitur et inchoata, et perfecta, donum Dei est:* quia eadem et Apostoli vox est dicentis (*Ephes. ii, 8*): *Gratia salvi facti estis per fidem; et hoc non ex vobis, Dei enim donum est; non ex operibus, ne forte quis extollatur; et (Philip. i, 29): Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum*

<sup>a</sup> Editi, *quam et ira merito est.* Mss. Jol. et Remig. ex quo correctum in Aug. ut in textu posuimus.

<sup>b</sup> Edit. Venet., *non dubitet.*

<sup>c</sup> Editi Lovan., Duac. et Colon. hæc habent in plurali, *qui gloriantur non in suis meritis, quæ paria vident esse damnata, sed in Domino gloriantur.* Mss. Jol. et Remig. cum edit. August., Lugd. et Venet.,

*credatis, sed etiam ut patiamini pro eo:* et iterum (*Hebr. xii, 1*): *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, et consummatorem Jesum.* Quibus et plurimis aliis testimoniis divinarum Scripturarum indubitanter agnoscitur quoniam, sicut ab hoc viro definitum est, *Fides et inchoata, et perfecta, donum est Dei; et hoc donum, inquit, quibusdam dari, quibusdam non dari, omnino <sup>b</sup> non dubitat, qui non vult manifestissimis sacris litteris repugnare;* non putemus hoc veraciter dictum, si omnes homines fideles sunt: sed cum alii credant, alii vero non credant, dicatque Apostolus (*II Thess. iii 2*), *Non enim omnium est fides;* quis non videat fidem, quam acceperunt qui habent, non accepisse qui non habent?

#### EXCERPTUM SEXTUM.

(Ibid.) Deinde ait: *Cur autem non omnibus detur, fidelem movere non debet, qui credit ex uno omnes esse in condemnationem (Rom. v, 12) sine dubitatione justissimam; ita ut nulla esset Dei justa reprehensio, etiam si nullus inde liberaretur. Unde constat magnam esse gratiam quod plurimi liberantur, et quid sibi deberetur in eis qui non liberantur, agnoscunt; ut <sup>c</sup> qui gloriatur, non in suis meritis, quæ paria videt esse damnata, sed in Domino gloriatur. Cur autem istum potius quam illum liberet, inscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viae ipsius (Rom. xi, 34). Melius enim et hic <sup>d</sup> audimus aut dicimus: O homo, tu quis es qui respondeas Deo (Rom. ix, 20)? quam dicere audeamus, quasi noverimus quod occultum esse voluit, qui tamen aliquid injustum velle non potuit.*

#### RESPONSIO

Hæc omnia si non recte dicta sunt scrutabilia sunt judicia Dei, et investigabiles viae ejus; nec occultum est quare ille potius quam iste salvetur; et in se non in Domino gloriabitur, qui, aliis vitio suo pereuntibus, electione dignus inventus est. Ac sic justitia quidem erit quod plurimi damnantur: sed non **249** erit gratia quod plurimi liberantur. <sup>e</sup> Absit hæc a catholicis cordibus, absit talis impietas, ut quemquam putemus meritis suis erui de potestate tenebrarum, et in regnum Filii Dei debita, non gratuita, adoptione transferri. Magno peccato periit Adam, et in illo omnes perierunt. <sup>f</sup> Quia omni homini damnata nativitate genito, hoc in Adam debetur ut pereat. Et sicut non possumus conqueri de eo quod in præteritis sæculis dimisit omnes gentes ingredi vias suas: ita justam non haberemus querelam, si cum eis, cum quibus nobis fuit causa communis, cessante adhuc gratia, periremus. Quæ tamen sicut tunc de omni mundo eruit paucos; ita nunc de universo genere hominum salvat innumeros, non secundum opera nosira, sed se-  
in singulari exhibent.

<sup>d</sup> In mss. Remig. et Joliensi, *audiemus*, nec addunt, aut dicimus.

<sup>e</sup> Sic ms. Joliensis. Alii, *Absit hæc*, etc.

<sup>f</sup> Ms. Joliensis, *Quia omni homini damnata nativitate in genitore, hoc est, in Adam, debetur.*

eundem suum propositum, et gratiam quæ data est A nobis in Christo Jesu, ante tempora æterna (II Tim. 1, 9).

Subnexuistis etiam quod post multa disserens ait.

#### EXCERPTUM SEPTIMUM.

(Ibid. c. 16, n. 2.) Est ergo in malorum potestate peccare : ut autem peccando hoc vel hoc illa malitia faciant, non est in eorum potestate, sed Dei dividens tenebras, et ordinantis eas : ut hinc etiam quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur nisi voluntas Dei.

#### RESPONSIO.

Quod cum sit apertissimæ veritatis, miror inter obscura decerptum : quasi non ex coherentibus potuerit omnis hæsitatio lectoris absolvi. Inspicite ergo quod sequitur (Ibid.) : Legimus, inquit, in Actibus Apostolorum (Act. 14, 13 et seq.), quod cum dimissi a Judæis apostoli venissent ad suos, <sup>a</sup> et indicassent quanta eis sacerdotes et seniores fecerunt, levaverunt illi vocem unanimes omnes ad Dominum, et dixerunt, Domine, tu es qui fecisti cælum et terram, et omnia quæ in eis sunt, qui per os patris nostri David sancti pueri tui dixisti : Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania ; astiterunt reges terræ, et principes coneruerunt in unum, adversus Dominum et adversus Christum ejus (Psal. 11, 2) ? Convenerunt enim in veritate, in civitate ista adversus sanctum puerum tuum Jesum quem unxisti, Herodes et Pilatus, et populus Israel, facere quanta manus tua et consilium prædestinavit fieri. Si ergo quæ per os patris nostri David Spiritus sanctus prophetavit, aliter intelligi ullo modo quam ab apostolis sunt intellecta **250** non possunt, et Herodes ac Pilatus et populus Israel fecerunt quanta manus Dei et consilium prædestinavit fieri ; quid inconueniens ait admirabilis disputator ? Est, inquiens, in malorum potestate peccare : ut autem peccando hoc vel hoc illa malitia faciant, non est in eorum potestate, sed Dei dividens tenebras et ordinantis eas : ut hinc etiam quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur nisi voluntas Dei. <sup>b</sup> Male enim velle facillimum est malis : et eorum damnabilem voluntatem non dubium est a Dei potestate concludi, ut effectum cupiditatis suæ, nisi ille permiserit, habere non possint. Uti autem sapientiam et justitiam Dei etiam malorum operibus, quæ ex ipsorum prodeunt appetitu, ad implenda **D** consilia et judicia sua, nullus vel tenuiter secundum pietatem doctus ignorat ; qui videt Dei Patris optimam voluntatem non parentis Filio suo, sed pro nobis omnibus tradentis cum, pessima <sup>c</sup> tradi-

<sup>a</sup> Ms. Joliensis, indicassent eos quanta illis. In eodem desunt hæc, in veritate, legiturque infra, Pontius Pilatus.

<sup>b</sup> Mss. Remig. et Jol., Mala enim velle.

<sup>c</sup> Editi, traditorum. Melius Remigianus codex, traditoris.

<sup>d</sup> In edit. August. ex ms. Remensi, datum desuper.

<sup>e</sup> Editi, ipsorum. Melius mss. Jol. et Remig., et ex hoc Aug. editio, ipsarum, scilicet tenebrarum.

toris Judæ et Judæorum voluntate completam : et qui in evangelicis paginis legit, dicente Pilato ad Jesum (Joan. 119, 10) : *Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, et potestatem habeo dimittendi te?* respondisse Dominum, *Non haberes in me potestatem ullam, nisi esset tibi <sup>d</sup> data desuper.* Dividit itaque Deus inter lucem et tenebras : nec ideo inculpabiles sunt tenebræ, quia eis bene utitur Deus, qui etiam de opere <sup>e</sup> ipsarum, quod filiis lucis in bonum procederet, ordinavit : tantum progredi sinens malitia non nocere cupientium, quantum eam sanctis suis vel castigandis novit utilem, vel probandis ; ut hinc etiam quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur nisi voluntas Dei.

Sequitur deinceps quod in libro invenitur secundo.

#### EXCERPTUM OCTAVUM.

(Ibid. c. 14, n. 35) *An quisquam dicere audebit Deum non præcisse quibus esset daturus ut crederent, aut quos daturus esset Filio suo, ut ex eis non perderet quemquam (Joan. xviii, 9)? Quæ utique si præcivit, profecto beneficia sua quibus nos dignatur liberare præcivit. <sup>f</sup> Hæc est prædestinatio sanctorum, nihil aliud : præscientia scilicet, et præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur. Cæteri autem, ubi, nisi in massa perditionis justo divino judicio relinquuntur, ubi Tyrii relictii sunt et Sidonii, qui etiam credere potuerunt, **251** si mira illa Christi signa vidissent (Math. xi, 21) : <sup>g</sup> sed quoniam ut crederent non eis erat datum, etiam unde crederent est negatum.*

#### RESPONSIO.

Qui istis resistunt, hoc sentire apertissime probantur, quod fides non sit donum Dei ; et quod gratia non præveniat liberum arbitrium, sed sequatur ; et quod gratia Dei secundum merita nostra detur. Nam si aliquid conferri homini per gratiam consentitur, et id non accipit nisi fides, quæ accepta non est ; in ipsa est meritum, cui non donum datur, sed debitum redditur. In hac sententia positi, consequenter sapiunt eos esse prædestinatos in vitam æternam, quos per liberæ voluntatis arbitrium fideles futuros præscierit Deus ; ut ipsa electorum prædestinatio non sit nisi retributio : atque ita in his qui prædestinati sunt secundum propositum ejus qui universa operatur, non operetur Deus fidem ; nec ulla sint hominis merita, si Deus operatur universa. <sup>h</sup> Vere qui ista sentiunt, fidem non acceperunt, aut quam acceperant perdidit, sequendo

qua voce quidem malos intelligit ; sed cum allusione ad tenebras ipsas quarum filii dici possunt.

<sup>f</sup> In edit. Ven. et Lugd., *Hæc est prædestinatio sanctorum, nihil aliud, præscientia scilicet.* Idem præfert ms. Joliensis. Aliæ editiones, *Hæc prædestinatio sanctorum nihil aliud est quam præscientia scilicet.*

<sup>g</sup> Edit. Ven. et Lugd., *sed quomodo.*

<sup>h</sup> Ms. Joliensis omittit hanc vocem, *vere.*

vanissimam Pelagianorum superbiam, et in se, \* non in Domino, gloriando, qui operatur omnia in omnibus (I Cor. xii, 6), bona profecto, non mala: et si omnia bona, utique et fidem, sine qua nemo potest placere (Hebr. xi, 6), et quæ est virtutum omnium fundamentum. Quale est autem, ut cum Dei sit ædificatio, et nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laborent qui ædificant eam (Psal. cxxvi, 1); aut nolint isti fundamentum ad ædificium pertinere, aut se velint inchoare quod Dominus possit extruere? Non erit ergo illis principium Filius Dei, non fundabuntur in ipso angulari lapide Christo Jesu, nec de eis dictum est: *Firmum autem fundamentum Dei stat* (II Tim. ii, 19): quia <sup>b</sup> totam electionem suam solubili arenæ et succiduo cineri superponunt.

Agnoscamus itaque sapienter, pieque fateamur, præsciisse incommutabiliter Deum quibus esset daturus ut crederent, aut quos daturus esset Filio suo, ut ex eis non perderet quemquam: et si hæc præscivit, beneficia sua illum quibus nos dignatur liberare præscisse; et hanc esse prædestinationem sanctorum, \* præscientiam scilicet et præparationem gratiæ Dei, qua certissime liberantur. <sup>d</sup> Cæteros autem quicumque non liberantur, quos a generali perditione humani generis **252** gratia non exemit, justo noverimus iudicio non exemptos: et quid nobis remissum sit, in eis discamus de quorum queri damnatione non possumus. Non est enim iniquitas apud Deum (II Par. xix, 7), neque quisquam sub iudicio ejus innocens perit. Sicut enim hic ipse insignis gratiæ prædicator alibi ait (Aug. lib. de Grat. et Lib. Arb. cap. 23): \* *Reddit omnino Deus et mala pro malis, quoniam justus est; et bona pro malis, <sup>f</sup> quoniam bonus est; et bona pro bonis, quoniam justus et bonus est: tantummodo mala pro bonis non reddit, quoniam injustus non est. Reddit ergo mala pro malis, pœnam pro injustitia; et reddit bona pro malis, gratiam pro injustitia; et reddit bona pro bonis, gratiam pro gratia.* Cum aliqui percunt, non dubitemus ipsorum meritis deputari quod peccant; quos utique posset Deus misericorditer liberare, si vellet. <sup>e</sup> Et cum aliqui liberantur, non audeamus definire, quod digni fuerint liberari; quos utique posset Deus juste damnare, si vellet. Quare autem non omnes, aut quare illos potius <sup>b</sup> quam illos <sup>d</sup> liberet, nec necessarium est quærere, nec possibile reperire; cum, omissis discretionis istius causis; scire sufficiat quod nec misericordia justitiam, nec

Justitia auferat misericordiam apud eum a quo nemo nisi juste damnatur, nemo nisi misericorditer liberatur.

De Tyrriis vero et Sidoniis quid aliud possumus dicere, quam non esse eis datum ut crederent, quos etiam credituros fuisse ipsa Veritas dicit, si talia qualia apud non credentes facta sunt virtutum signa vidissent (Matth. xi, 21; Luc. x, 13)? Quare autem hoc eis negatum fuerit, dicant, si possunt, qui calumniantur: et ostendant cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant, fecerit, <sup>i</sup> et apud eos quibus erant profutura non fecerit. Nos etiam si rationem facti, et profunditatem iudicii ejus penetrare non possumus, manifestissime tamen scimus, et verum esse quod dixit, <sup>B</sup> et justum esse quod fecit; et non solum Tyrrios et Sidonios, sed etiam Corozain et Bethsaida potuisse converti, et fideles ex infidelibus fieri, si hoc in eis Dominus voluisset operari. Neque enim ulli falsum videri potest quod Veritas ait: *Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo* (Joann. vi, 66); et (Matth. xiii, 11): *Vobis datum est nosse mysterium regni cælorum, illis autem non est datum; et* (Ibid. xi, 27), *Nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare; et* (Joan. v, 21), *Sicut Pater vivificat mortuos, ita et Filius quos vult vivificat; et* (I Cor. xii, 3), *Nemo potest dicere* **253** <sup>k</sup> *Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto.* His divinarum vocum auctoritatibus eruditi gratias agamus Deo, qui dedit nobis spiritum fidei et virtutis, continentiæ et charitatis, sapientiæ et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiæ et pietatis, ac timoris sui. Quæ bona si non dedisset nobis, qui omnia operatur in omnibus (Ibid.), prorsus non haberemus in nobis: et cum his, qui non cognoverunt Dominum, aut cum cognovissent, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed hoc ipsum suæ sapientiæ, deputantes stulti facti, <sup>l</sup> et obscurato corde evanuerunt in cogitationibus suis (Rom. i, 21); cum his, inquam, sederemus in tenebris et in umbra mortis, nec querelam habentes de pœna, nec excusationem de ignorantia, nec præsidium de natura.

<sup>m</sup> Nunc jam quod sequitur quale sit videamus.

#### EXCERPTUM IX.

(Aug. lib. iii de Dono Persever. cap. 16.) *Sed aiunt, ut scribitis, neminem posse correptionis stimulis excitari, si dicatur in conventu Ecclesiæ audientibus multis: Ita se habet de prædestinatione definita*

et sic de cæteris partibus hujus sententiæ.

<sup>a</sup> Ms. Joliensis cum edit. Lugd., et cum alii.

<sup>b</sup> Ms. Joliensis, *quam istos. Reliqui, quam illos.*

<sup>i</sup> Hæc verba, et apud eos quibus erant profutura non fecerit, quæ omittuntur in editis omnibus, restituta habes ex ms. Joliensi, et antea ex ms. Remigiano in append. August.

<sup>j</sup> Ms. Joliensis, *regni Dei.*

<sup>k</sup> Ms. Joliensis, *Dominus Jesus.*

<sup>l</sup> Ms. Joliensis, *et obscurati corde.*

<sup>m</sup> Ms. Joliensis, *Nunc etiam.*

<sup>a</sup> Editi hactenus, et in se et in Domino, manifesto errore, quem corrigunt mss. Joliensis et Remig., ex quo edit. August.

<sup>b</sup> Mss. Joliensis et Remigianus, *totam elationem suam.* Edit. Col., *ejectionem suam;* sed male.

<sup>c</sup> Mss. Remig. et Jol., *prædestinationem scilicet.*

<sup>d</sup> Forte hic addendum, *quicumque liberantur:* quæ verba nec in mss. nec in editis hactenus reperiuntur, nisi in Lugd. recentiori.

<sup>e</sup> Edit. Lov., Duac. et Colon., *Reddet omnino.*

<sup>f</sup> Editi hic et ter in sequentibus, *quomodo;* ubi in mss. Joliensi et apud August., *quoniam justus est,*

<sup>a</sup> *sententia voluntatis Dei, ut alii ex vobis* <sup>b</sup> *de infidelitate, accepta obediendi voluntate, veneritis ad fidem, vel accepta perseverantia, permanetis in fide; ceteri vero qui in peccatorum delectatione remoramini, ideo nondum surrexistis, quia necdum vos adiutorium gratiæ miserantis crexit. Verumtamen si qui estis nondum vocati, quos gratia sua prædestinaverit eligendos, accipietis eandem gratiam qua velitis et sitis electi; et si qui obeditis, si prædestinati estis rejiciendi, subtrahentur* <sup>c</sup> *obediendi vires, ut obedire cessetis.*

## RESPONSIO.

Stupeo sanctitatem vestram, objectionem calumniantium a persona defensoris gratiæ non potuisse discernere, et verba obrectantium ei ipsi qui obrectatoribus suis respondet aptasse. Hæc enim de doctrina catholici viri quidam nequiter et nugatorie jactabant, quod qui talem Dei gratiam prædicaret, ut fides et obedientia, cæteræque virtutes, et in eis usque in finem perseverantia, non nisi ex dono Dei haberi posse credantur; consequens esse ut talibus verbis uteretur ad populum, et hujusmodi denuntiationibus omnem liberi arbitrii evitaret industriam. Quod quia piissimus doctor litteris eorum ad quos scribit agnoverat, <sup>d</sup> ideo **254** dicit, *Sed aiunt, ut scribitis; et postea, Ista cum dicunt.* Ex hoc potuistis advertere, non ipsum hæc dicere, sed eos de quibus dixit: *Sed aiunt, ut scribitis; et, Ista cum dicunt.* Quod similiter et Apostolus ait (*Rom. v, 8*): *Sicut aiunt nos quidam dicere, Faciamus mala, ut veniant bona.* Inferius autem, ubi plenius ad ista respondet, multo manifestius patet <sup>e</sup> quam hæc ab ipso nunquam taliter dicta sint, et quantum ei hujusmodi prædicationis forma displiceat; quam corrigens et mundans atque emendans, tolerabiliorem audientibus facit; quæ vera sunt temperans, quæ falsa sunt rescans, et post multa adjiciens (*Idem lib. de Dono Persever. cap. 22*): *Jam vero quod illis verbis* <sup>f</sup> *connectitur, miror si ullo modo potest in populo Christiano quicumque infirmus patienter audire, cum dicitur eis, Et si qui obeditis, si prædestinati estis rejiciendi, subtrahentur obedientiæ vires, ut obedire cessetis. Hoc enim dicere, quid videtur aliud esse quam maledicere, aut mala quodam modo prophetare?* Et post hæc cum diceret qualiter de his loquendum esset in populo, proprii sensus verba connexuit dicens (*Ibid.*): *Illum etiam modum, quo* <sup>g</sup> *utendum esse in prædestinationis prædicatione nos diximus, loquenti ad po-*

<sup>a</sup> Editi, *scientia.* Mss. Jol. et Remig. cum Aug. libro, *sententia.*

<sup>b</sup> Hæc verba, *de infidelitate,* absunt a mss. Jol. et Remig.; leguntur in editis omnibus, et in libro S. August. de Dono Persever.

<sup>c</sup> Edit. Venet. et Lugdun., *obediendi vires.*

<sup>d</sup> Sic ms. Jol. Alias editi, *ideo ait.*

<sup>e</sup> Ms. Joliensis, *quod hæc ab ipso.*

<sup>f</sup> Ms. Jol., *annectitur.*

<sup>g</sup> Edit. Lov., Duac. et Colon. habebant, *si præsciti estis.* Mss. Jol. et Remig. cum Lugd., Venet. et edit. Aug., *prædestinati estis.*

<sup>h</sup> Mss. Jol. et Remig. cum Lugd., *subtrahuntur,* et antea, codex Joliensis *obediatis.*

<sup>i</sup> Ms. Jol., *utendum esset loquendo ad populum.*

*pulum non existimo debere sufficere, nisi hoc vel aliquid hujusmodi addat, ut dicat: Vos itaque etiam ipsam obediendi perseverantiam a Patre luminum, a quo descendit omne datum optimum et omne donum perfectum (Jac. 1, 17), sperare debetis, et quotidianis orationibus poscere: atque hoc faciendo confidere non vos esse a prædestinatione populi ejus alienos; i quia etiam hoc, ut faciatis, ipse largitur. Absit autem a vobis ideo desperare de vobis, quoniam spem vestram in ipso habere jubemini, non in vobis. Maledictus enim omnis qui spem habet in homine (Jerem. xvii, 5); et, Bonum est confidere in Domino* <sup>k</sup> *quam confidere in homine (Psal. cxvii, 8);* <sup>l</sup> *quoniam beati omnes qui confidunt in eum.* <sup>m</sup> *Hanc spem tenentes, servite Domino in timore, et exultate ei cum tremore (Psal. ii, 11). Quoniam de vita æterna, quam filiis promissionis promisit non mendax Deus ante tempora æterna, nemo potest esse securus, nisi consummata fuerit ista vita, quæ tentatio est super terram; sed* <sup>n</sup> *faciet nos perseverare in se usque ad hujus vitæ finem, cui quotidie dicimus: Ne nos inferas in tentationem (Math. vi, 13).*

Videlisne, obsecro, quantum distet hic sermo ab eo quem composuit malignitas obloquentium; qui studuerunt etiam ea quæ **255** recte dicit exquisita verborum fraude corrumpere? De quo <sup>o</sup> idem doctor rectissime ait (*Aug. lib. de Dono Persever. c. 22*): *Dolosi autem vel imperiti medici est, etiam utile medicamentum sic alligare, ut aut non prosit, aut obsit. Et iterum de simili ineptia (Ibidem): Nempe, inquit, hoc verissimum est: ita sane, sed improbissimum, importunissimum, incongruentissimum; p non falso eloquio, sed non salubriter valetudini humanæ infirmitatis apposito.* Non igitur necesse est de his rationem reddere, quæ et ab aliis dicta, et ab ipso ostendimus improbata; ita tamen, ut nihil sibi per falsorum admixtionem præripi pateretur ex veris. Quamvis enim nunquam tam insipienter locutus sit ad populum Christianum, et id quod mendax obrectatio ineptissime finxit <sup>q</sup> horruerit; pia tamen constantique doctrina abundanter probavit, prædicandam esse Ecclesiæ et prædestinationem, in qua est gratiæ **256** præparatio; et gratiam in qua est prædestinationis effectus; et præscientiam Dei, qua ante sæcula æterna quibus esset collaturus sua dona præscivit. Cujus prædicationis quisquis est impugnator, apertissimus est Pelagianæ elationis adjutor.

Hoc autem quod in <sup>r</sup> fine posuistis, superiori ca-

Aug. lib. de Dono Persever., *apud populum.*

<sup>j</sup> Ms. Jol., *qui etiam hoc.*

<sup>k</sup> In ms. Jol. desunt hæc, *quam confidere in homine.*

<sup>l</sup> Editi, *quia beati.* Mss. Jol. et Remig. cum Venet., *quoniam beati.* Lugd., *quam beati.*

<sup>m</sup> Edit. Lov., Duac. et Colon., *Et hanc spem.*

<sup>n</sup> Mss. Jol. et Remig., *faciet nos perseverare.* Absent vox hæc, *nos,* ab editis.

<sup>o</sup> Ms. Joliensis, *idem auctor.*

<sup>p</sup> Ita mss. Jol. et Remig. cum edit. Oper. August. Editi vero nostri omnes, *non falsum eloquio, sed non salubriter valetudini humanæ infirmitatis appositum.*

<sup>q</sup> Ms. Joliensis, *inhorruerit.*

<sup>r</sup> Editores Lovanienses, et qui hos sunt secuti

pitulo, ubi Tyriorum et Sidoniorum mentio facta est, debuit copulari; quia etiam in libri corpore eidem causæ, sine cuiusquam diversæ disputationis interjectione, connexum est. Unde et responsio, quam præcedentibus subdidi, potest etiam ad ista suffi-

hic in margine observant quod quibus respondet hoc libró S. Prosper aliquid posuerat quod hic non ponitur, ex cap. 14 libri de *Dono Perseverantiæ Augustini*, et hoc sic incipiebat, *Ex quo apparet habere*

quosdam in ipso ingenio, etc.

<sup>a</sup> Editi habebant ad istas, errore manifesto, qui emendatur ex mss. Juliensi, et ex Remig.; emendatus fuerat in edit. Aug.

## ADMONITIO

IN LIBRUM CUI TITULUS,

PRÆTERITORUM SEDIS APOSTOLICÆ EPISCOPORUM AUCTORITATES

De Gratia et Libero voluntatis Arbitrio.

*Epistolæ Cælestini papæ ad episcopos Galliarum per Prosperum et Hilarium transmissæ subjici solet collectio quædam anteriorum sedis apostolicæ pontificum auctoritates de gratia et libero arbitrio complexa: cui interseruntur etiam nonnulla ex Africanis conciliis hac de re statuta, a Romanis pontificibus approbata. Quæ quidem in hunc usum destinata non dubitatur, ut Semipelagianis, qui solis sedis apostolicæ decretis se manus daturos erant professi, esset responsum. Huic vero collectioni hunc titulum imposuerunt: Præteritorum sedis apostolicæ episcoporum auctoritates (seu sententiæ), de gratia Dei et libero voluntatis arbitrio. Ab aliis quoque vocatur hoc opusculum: Regulæ apostolicæ sedis, quomodo designatur in ultimo capitulo; denique Compendiosus indiculus dicitur in præfatiuncula, citaturque ab aliis sub nomine Decretorum, vel Epistolæ Cælestini papæ ad Gallos; ab aliis Capitula generatiori vocabulo appellatur. Quod quidem opusculum sub Cælestini nomine citatum legitur ineunte sexto sæculo. Nam pontificis istius decretis annexum est a Dionysio Exiguo, et circa idem tempus a Petro diacono aliisque qui in causa fidei ex Oriente Romam missi sunt, libro de Incarnatione et Gratia D. N. Jesu Christi, ad Fulgentium, capite octavo, et nono, tamquam Cælestianæ epistolæ ad Gallos pars quædam citatum reperitur. Exin a Cresconio episcopo Africano in fine suæ collectionis canonum circa annum Christi 690 emissæ, eidem pontifici ascriptum legitur. Tum denique posterioribus sæculis a Floro magistro, Ecclesiæ Lugdunensis nomine scribente adversus Erigenam; ab Hincmaro Remensi, lib. de Prædestin. cap. 22; Lupo Ferrariensi abbate in Collectaneis quæst. 2; Remigio Lugdunensi, in libro de Tribus Epistolis cap. 23; Yvone Carnot. et aliis plurimis hæc Capitula Cælestino papæ inveniuntur fuisse adjudicata.*

*His omnibus testimoniis abunde probatum videbatur hoc opusculum Cælestini esse agnoscendum. Quæ tamen opinio tot conjecturis obviantibus impugnatur, ut ad omnibus fere criticis jam ab ea discessum esse agnoscamus. Et 1º quidem ex styli eorum disparitate, ab eo qui in epistola Cælestini elucet, ejusdem esse negatur. 2º Judices advocant Joannes Vuendelstinus, qui codicem Canonum et Decretorum Pontificiorum editi Moguntiæ anno 1525; Crabius qui anno 1538 prioris censuram aliquo modo temperatam in Conciliorum Collectionibus transcripsit; item alii qui idem præstiterunt, Surius anno 1551, et Nicolinus anno 1581. Cælestino pariter abjudicant eminentissimi doctissimique cardinales Antonius Carafa, et Cæsar Baronius, quibus adde Franciscum Suarezium in Prolegom. 6 de Gratia, cap. 1, num. 11; Jacobum Sirmundum in notis ad tom. I Concil. Galliæ, et Gerardum Vossium lib. 1 Hist. Pelag. cap. 3, qui tamen ultimus partim Cælestini, partim Gallorum S. Augustini discipulorum esse putat Capitula; quia videlicet ab his collecta oblatæque Cælestino, hujus nomine et auctoritate postea publicata sint. 3º Si Cælestini essent, et ab eodem epistolæ suæ ad Gallos fuissent subjecta, quomodo circumferebantur hæctenus, aliquam procul dubio mentionem ipse habuisset, cum tamen illorum nullatenus ibi meminerit. Non etiam hanc epistolæ apposuisset clausulam: Deus vos incolumes custodiat, fratres charissimi, quæ finem epistolæ Cælestianæ demonstrat.*

*4º Cum S. Prosper Collatorem exagitans omnia adversus eum, tum Conciliorum, tum pontificum Romanorum suffragia aggerat, eundemque urgeat auctoritate non solum Innocentii, Zosini, Bonifacii, sed et ipsius Cælestini; nefas est suspicari quidquam ab eo auctore omittendum fuisse e decretis a sede apostolica contra adversarios gratiæ promulgatis. Cælestini porro unicam commemorat, quæ est ad Gallos, epistolam: quæ ut auctoritatem doctrinamque Augustini de gratia Christi mirum quantum efferat, de doctrinæ tamen ipsius articulis probationibusque prorsus silet.*

*5º Vincentius Lirinensis presbyter et monachus plurimum laudans eandem Cælestini epistolam, Commonitorii sui adversus hæreses cap. ult., sed et Photius patriarcha Constantinop. longe posterior eam in Bibliotheca recensens, pari uterque silentio præterit dicta Capitula. Quod argumento est neutri fuisse comperta, saltem ut Cælestini Papæ opus. Num credibile quoque eadem epistola usum fore Vincentium, ad tuendas Semipelagianorum partes, si tam evidenter damnatos in Capitulis annexis agnovisset.*

*6º Non eum loquendi modum hujus compilationis auctor, nec eam auctoritatem usurpat, quæ summum pontificem præ se ferant. Pluries enim allegans Romanæ Ecclesiæ præsules, Innocentium puta et Zosimum, nunquam eos prædecessores suos appellat. Deinde ita passim loquitur, ut pontificum Romanorum, et scriptorum etiam aliorum se prodit discipulum, nedum pontificem Romanum. Exempli gratia: Nos piissimi Patres docuerunt; Apostolicæ sedis nos scripta docuerunt; Magistris nostris obloquuntur. Et alibi: Sacratissima beati Apostoli sedes, per ministerium præsulum suorum, etc. Rectores Ecclesiæ Romanæ; Apostolici antistites.*

*7º Erroris occasionem dedit Dionysius Exiguus, cum epistolæ Cælestini annexit capitula. Ex ipso enim Cresconius, Petrus Diaconus, omnesque noni sæculi scriptores qui pro Christi gratia decertarunt. At si inspicatur curiosius Codex Dionysii, nihil deprehenditur ex quo statuere liceat, Capitula ista partem esse epistolæ S. Cælestini: e contra vero hoc fuisse Dionysii consilium, ut unum ab altero discerneret, clamant ipsius codicis sericia, et affectatæ discriminis notæ, quæ in eo conspiciuntur. Quoties enim unius pontificis scripta ab alterius scriptis secernere vult, hunc semper titulum initio primi decreti seu epistolæ præponit, Incipiunt Decreta N.*